




# ACADEMIAE

A



renouabit iubila lacta.

240.



40

ACADEMIAE IENENSI  
ALMAE  
STVDIORVM MATRI  
QVVM  
DIVINIS AVSPICIIS  
ALTERVM ANNVM  
SAECVLAREM

D. II. FEBR. ANNI MDCCLVIII

PVBLICE CELEBRARET

PIETATEM

QVAM EIDEM OLIM DATA DEXTRA PROMISIT

INTER CIVES ACADEMICOS

ANNO MDCXCVI

RELATIVS

ETIAM NVNC PRAESTAT

ET PVBLICE TESTATVR

MICHAEL LEVBE

Pot. Reg. Pol. et Ser. Elect. Sax.

a Consiiliis et Commissionibus

ut et

Serenissimi Ducis

Saxo-Gotha-Altenburgenfis

Consiiliarius Aulicus.

---

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS,



Qualis ab extremo nemorum flans aura recessu  
Molle viatori frigus gelidasque ministrat  
Illecebras, quum pestiferi canis ignea rura  
Ira premit, rorem et genialem subtrahit herbis:  
Talis, IENA, tui me grata memoria mulcet,  
Adfectu recreans nunquam non pectora suavi.  
Namque ex quo primum tempe tua tempore vidi,  
Mirifice mentem stimulauit honesta voluptas.  
Mox, inter ciues nomen de more professus  
Sum magis atque magis glifcente hoc captus amore,  
Illum felicem statuens, cui forte liceret  
In gremio atque tuo complexu degere vitam.  
Sive tuos etenim doctores atque magistros,  
(Quorum LYNCKERVS summus, SLEVOGTIVS, atque  
WILDVOGEL, FRISIVS, SCHROETERVS, nomina prima,)  
Audirem, me vis doctrinae ac Suada tenebat.





Qualis ab extremo nemorum flans aura recessu  
Molle viatori frigus gelidasque ministrat  
Illecebras, quum pestiferi canis ignea rura  
Ira premit, rorem et genialem subtrahit herbis:  
Talis, IENA, tui me grata memoria mulcet,



Sen specularer eoe quae sunt l. 1.



renouabit iudicia lacta.

40.

41.



Seu specularer eos, quos fors mihi iunxit amicos,  
(Ex quorum numero DIETMARVS suppetit unus,)  
Innocuas seu delicias iam mente reuoluo,  
Illis quas das, qui Mufarum castra sequuntur,  
Pertentant tacitam iam nunc quoque gaudia mentem.  
Nam, quantum Hesperidum quondam hortis prisca vetustas  
Addixit pretium, thesauro grandius omni,  
Quippe ubi fulgebat facies pulcherrima rerum,  
Nescia dedecoris, fraudisque ignara malignae;  
Tantum, IENA, tibi merito debetur honoris.  
Hem! duce te quantae decertauere phalanges,  
Multa pollebant qui cognitione, virorum!  
Namque habitat tecum veri sapientia custos,  
Et nutrit docto plantaria laeta liquore.  
Ergo tuum nomen nullo unquam intercidet aeuo,  
Sed, dum laus et honos studiis durabit amatis,  
Dum sacra relligio florens virtute virebit,  
Dum purgatorum morum praecellet honestas,  
Dumque viros doctos omnis respublica poscet,  
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

Euge igitur! nunc maeste noua virtute resurge,  
Altera felici nunc omine iubila praesta,  
Antiquumque decus restaura viribus aucta.  
Sic post exhaustas aerumnas Martis acerbi,  
Qui nos terret adhuc grauius quatiente flagello,  
Rursus, ut ante, datis post oscula mutua dextris,



Non solum adgreditur deserta negotia ciuis,  
Sed quoque deinde scholas urbefque relictas  
Pallas adit, florent artes, florentque Camenae,  
Iusta sedet Nemesis, parilique reciproca lance  
Vnicuique suum tribuit; sacra denique sacris  
Thure dato, precibusque, litatur victima templis,

His votis, caelum et terram qui Numine torques,  
Pondus inesse iube, ne sit spes irrita nostra.  
Omnipotente manu propulsa, quicquid obesse  
Aut turbare potest praesentis fulcra quietis.  
Hanc orna semper multo splendore palaestram,  
Instrue doctores valida virtute fideles,  
Omnibus inspira studium veri atque decori,  
His qui discendi causa versantur Athenis.  
Quod si praestiteris, reuoluto tempore saeculi,  
Tertia posteritas renouabit iubila laeta.





Non solum adgreditur deserta negotia cuius,  
Sed quoque deinde scholas urbesque relictas  
Pallas adit, florent artes, florentque Camenae.  
Iusta sedet Nemesis, parilique reciproca lance  
Unicuique suum tribuit; sacra denique sacris  
Thure dato, precibusque, litatur victima templis.

His votis, caelum et terram qui Numine torques,  
Pondus inesse iube, ne sit spes irrita nostra.  
Omnipotente manu propulsa, quicquid obesse  
Aut turbare potest praesentis fulcra quietis.  
Hanc orna semper multo splendore palaestram,  
Instrue doctores valida virtute fideles,  
Omnibus inspira studium veri atque decori,  
His qui discendi causa versantur Athenis.  
Quod si praestiteris, reuoluto tempore faecli,



Pon Yc 476

ULB Halle 3  
005 579 49X




KD 78











40

ACADEMIAE IENENSI  
ALMAE  
*STVDIORVM MATRI*  
QVVM  
DIVINIS AVSPICIIS  
**ALTERVM ANNVM**  
**SAECVLAREM**

D. II. FEBR. ANNI MDCCLVIII  
PVBLICE CELEBRARET  
PIETATEM  
QVAM EIDEM OLIM DATA DEXTRA PROMISIT  
*INTER CIVES ACADEMICOS*  
ANNO MDCXCVI  
RELATVS

*ETIAM NVNC PRAESTAT*  
ET PVBLICE TESTATVR

